

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Tempus siue temporale a
cum uariis

Inter temporalia et eterna hoc interest: quod temporale plus diligitur antequam habeatur, uilescit autem cum aduenerit. Non enim saciat animam cui uerax et certa sedes eternitas, eternum autem ardentius diligitur adeptum quam desideratum. Nulli enim desideranti conceditur plus de illo estimare quam se habet ut ei uilescat cum minus inuenerit, sed quantum quisque ueniens estimare potuerit, plus perueniens inuenturus est.

Augustinus libro I. de doctrina Christiana.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

saciat] saciant B C P V¹ V² L¹ L²; autem] enim B; plus *om.* M; Augustinus] in *add.* B